Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cognouit autem pater quia illa hora erat in qua dixit ei ihe·
filius tuus viuit: Et credidit ipse et domus eius tota· Do·
Fer·s· Confidimus in dno ihu· xcv· Adphylipp·
Quia qui in uobis cepit opus bonum: perficet usque in
diem xpi ihu· Sicut est mihi iustum hoc sentire pro om
nibus uobis eo quod habeam uos in corde· Et in uinculis
meis· Et in defensione et confirmacione euangelij: socios gau
dij mei· omnes uos esse· Testis est mihi deus: quomodo
cupiam uos omnes in uisceribus ihu xpi· Et hoc ego: ut cari
tas uestra magis ac magis abundet in scientia· Et omni
sensu ut probetis potiora ut sinceri et sine offensa in die
xpi repleti fructu iustitiae per ihm xpm in gloriam et lau
dem dei· Secundum Matheum·
Hilot: D·i·d·s· parabola hanc, Simile est regnum
celorum homini regi· qui voluit rationem ponere cum seruis
suis· Et cum cepisset rationem ponere cum seruis suis· ob
latus est ei unus: qui debebat ei decem milia talenta·
Cum autem non haberet unde redderet: iussit eum dns uenumda
ri· Et uxorem eius et filios· et omnia que habebat et reddi·
Cadens autem seruus ille: rogabat eum dicens· Patiere
me habere in me· et omnia reddam tibi· Misericors autem dns
seruo illius: dimisit eum· et debitum dimisit· Egressus
autem ille inuenit unum de conseruis suis· qui debebat ei centum
denarios: et tenens suffocabat eum dicens· Redde quod
debes· Et cadens conseruus eius: rogabat eum dicens·
Patiere me habere in me· et omnia reddam tibi· Ille autem
noluit· sed abiit et uinxit eum in carcerem· donec redderet debi
tum· Videntes autem conserui eius que fiebant: contristati
sunt ualde· Et uenerunt et narrauerunt dno suo omnia